



**Tabvlae Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae Blattarvm
inclementiam euasere, de Festis

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1615

Edictum Autoris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](#)

Edictum Autoris.

Ego F. Philippus Boskherus Ioannem Crithium
Ciuem & Bibliopolam Coloniensem, vnum
solumq; Liberorum meorum reformatorem, id
est, Librorum iā editorum recusore, & tertiae nau-
fragij tabulæ de festis, quam nunc edo, Typogra-
phum, tota quam latè patet, Germania superiore,
esse volo; iureque Patris in liberos & Autoris in
libros, sic edico & sancio, lex esto. Si quis contra
ausit & faxit, lib:os liberosque, eius obstetricio
prodeuntes, alioqui meos, abdico, & pro spuriis,
nothis ac non meis iam nunc habeo. Ita est.

*Frater Philippus Boskherus
Cæsarimontanus.*

A P P R O B A T I O.

Conciones hæ Boskherianæ nihil fidei Ca-
tholicæ repugnās complectūtur; imprimi
idcirco poterunt. Datum Coloniae 1613. die 11.
Septemb.

*Henric. Francken Sierstorpffius,
SS. Theol. Doct. Regens, Gymn.
Laurent. Librorum Censor.*